

Examen huius rei erit, si lucra omnium in vnam summam collecta efficiant lucrum totum, vt in proposito exemplo factum esse vides.

Quæst. 2. 2. Tres mercatores, emptis mercibus nauem onerarunt. Primi merces constituerunt 300. aur. secundi 500. tertij 180. Graui deinde tempestate orta, proiectæ sunt in mare merces grauiiores, quæ constabant 400. aur. Conuenit autem inter eos, vt iactura hæc communis sit. Quantum ergo quisq; damnû feret pro rata suarum mercium portione? Colligantur in vnam summam aurei omnium, & numerus collectus 980. in primo loco regulæ trium collocetur, damnum vero commune in secundo, & pecuniæ singulorum in tertio, vt hic vides.

Aur.	Aur.	Aur.	Aur.	Aur.
Aur.	Dån.	aur.	{	Damn. aur.
980.	400.	{	fiunt	{
		300?		122 $\frac{44}{80}$. prim.
		500?		204 $\frac{8}{80}$. secû.
		180?		73 $\frac{46}{80}$. tertij.

Primus ergo perdet $122\frac{44}{80}$. aur. secundus $204\frac{8}{80}$. & tertius $73\frac{46}{80}$.

Quæst. 3. 3. Tres emere volunt 4000. libras sacchari, quæ æstimantur 500. aur. Primus tamen vult 1300. lib. secundus 1460. tertius denique reliquas lib. 1240. quantum ergo soluet quilibet? Dic, si 4000. lib. valent 500. aur. quid valent 1300. quid 1460. & quid 1240. lib. quas singuli capere volunt? Inuenies enim primû soluere aur. $162\frac{1}{2}$. secundum $182\frac{1}{2}$. & tertium 155. vt hic vides.

Lib.